

2011 NJCL Convention
Latin ½ and 1 Reading Comprehension Test

Passage 1—dē frātre Aulō

Marcus et Cornēlia frātre habent, quī in Urbe habitat. Urbs procul nōn est, et saepe Aulus frāter ex Urbe in vīllam venit et aliquamdiū apud patrem mātremque manēre solet. Marcus et Cornēlia Aulum valdē amant, nec minus Aulus frātre et sorōrem amat.

dum pater mātremque cum avō in vīllā sedent, subitō clāmōrem ex hortō audiunt. “quis clāmat?” rogat avus. “Marcus et Cornēlia clāmant,” respondet mater. iterum clāmōr est: “Aulum, Aulum vidēmus!” statim mātēr ē vīllā in hortum venit et rogat, “ubi Aulum vidētis, Marce et Cornēlia?” Marcus respondet, “nōn procul est; iam hortum intrat. ”

tum mātēr quoque Aulum videt et, “salvē, Aule!” exclāmat. Aulus mātrem sorōrem frātreque salūtat, et cum mātē puerō puellāque domum intrat, ubi pater avusque eum salūtant.

omnēs deinde ad noctem in vīllā sedent, ubi Aulus dē Caesare et Pompēiō nārrat.

1. quis est frāter Marcī?
A. Cornēlia B. Urbs C. pater Aulī D. Aulus
2. ubi habitat frāter Marcī?
A. in Campāniā B. Rōmae C. prope Athēnās D. in oppidō
3. ubi habitant Marcus et Cornēlia?
A. longē ab Urbe B. prope Urbem C. in Urbe D. cum Aulō
4. ubi frāter Marcī manet, sī ex Urbe ad vīllam venit?
A. cum familiā B. cum amīcīs C. in tabernā D. in vīllā suā
5. amantne frātre Marcus et Cornēlia?
A. paulum B. minimē C. vix D. ita, valdē
6. Marcus et Cornēlia Aulum valdē amant, nec minus Aulus frātre et sorōrem amat:
A. sed nōn B. et . . . etiam C. nōn autem D. sed paulum
7. quōcum sedent pater mātremque ubi clāmōrem audiunt?
A. cum Aulō B. cum Cornēliā C. cum Marcō D. cum avō
8. quis clāmat?
A. Aulus B. Marcus et Cornēlia C. avus D. canis
9. cūr clāmōrēs sunt in vīllā?
A. Aulus discēdit B. lupus adest C. Aulus venit D. serpēns est in hortō
10. venitne mātēr in hortum venit?
A. ita, lentē B. minimē C. ita, statim D. invīta
11. quis rogat, “ubi Aulum vidētis?”
A. mātēr B. pater C. avus D. Cornēlia
12. quid respondet Marcus?
A. Aulus procul est B. Aulus discēdit C. Aulus est mortuus D. Aulus iam hortum intrat
13. quid dīcit mātēr ubi Aulum videt?
A. ēheu! B. salvē! C. nōn est Aulus! D. tacē, Marce
14. quam diū familia in vīllā sedet?
A. ad noctem B. paulisper C. ūnam hōram D. multōs annōs
15. dē quibus est sermō Aulī et familiae?
A. dē Cornēlia et Marcō B. dē amīcīs C. dē patribus D. dē Caesare et Pompēiō

Passage 2—Pōmōna et Vertumnus

Pōmōna erat nymp̄ha Latīna. nēmō hortōs arborēsque cūrābat tam bene quam haec. nec flūmina nec silvās amāvit, sed rāmōs, quī fēlicia pōma ferēbant. inde nōmen habuit. semper dextrā falcem portābat, quae rāmōs premēbat et compescēbat. quod bona et pulchra puella erat multī eam petīvērunt et in māt̄rimōnium dūcere voluērunt. haec autem nec virōs nec fēminās sed modo arborēs amāvit.

vir quīdam, nōmine Vertumnus, erat quī eam plus quam aliī amābat. Pōmōna autem eum ad sē venīre vetuit. Vertumnus igitur cōnsilium cēpit. interdum flōrēs, interdum ūvās ad puellam tulit, sed Pōmōna eum nōn spectāvit. tandem Vertumnus pictam mitram et alia vestīmenta fēminae induit et cultōs hortōs intrāvit. Pōmōna incurvam anum vīdit et mussitāvit, “quid anus vult?” Vertumnus eī appropinquāvit et, “ō Pōmōnā,” inquit. “multī tē amant et dī et virī. audī tamen anum quae tē amat plus quam omnēs illī. optimus est Vertumnus. eum dēlige. semper enim tē amābit nec umquam ā tē discēdet. per terrās nōn errat, sed hīc habitat et hortōs amat. fortasse, nisi eum amābis, sē interficiet. ” respondit Pōmōna, “sī hoc faciet, īnsānus erit. multae aliae puellae sunt unde fēminam dēligere potest. ”

anus autem perrexit, “trīstem fābulam tibi nārrābō dē virō quī hoc fēcit. dī īrātī mulierem pūnīvērunt et in saxum mūtāvērunt. ” quamquam anus fābulam bene recitāvit, Pōmōna tamen nōn audīvit. itaque Vertumnus vestīmenta fēminae subitō deposuit, suamque in fōrmam rediit. Pōmōna quae fugere nōn poterat Vertumnum spectāvit et eum amāvit. hōc modō Vertumnus victor Pōmōnam in māt̄rimōnium dūxit.

16. quis erat Pōmōna?
A. dea Graeca B. puella Rōmāna C. nymp̄ha Latīna D. fēmina pulchra
17. quis hortōs et arborēs cūrāvit melius quam Pōmōna?
A. Vertumnus B. fēmina pulchra C. anus D. nēmō
18. cūr Pōmōna rāmōs amāvit?
A. quod rāmī in silvīs erant B. quod rāmī pōma ferēbant
C. quod flūmina aderant D. quod Pōmōna in rāmīs habitābat
19. unde Pōmōna nōmen obtinuit?
A. dē pōmīs B. dē flūmine C. dē patre D. dē silvīs
20. cūr Pōmōna dextrā falcem portābat?
A. quod multī virī eam amābat B. quod animālia in silvīs errābant
C. quod Vertumnus eam terrēbat D. quod rāmōs premere volēbat
21. cūr multī Pōmōnam petīvērunt?
A. quod Pōmōna rāmōs bene curābat B. quod Pōmōna multam pecūniam habēbat
C. quod Pōmōna erat fōrmōsa D. quod Pōmōna celeriter currēbat
22. quid facere voluērunt hominēs quī eam quaesīvērunt?
A. eam in māt̄rimōnium dūcere B. eam iuvāre
C. eam interficere D. eī flōrēs dare
23. quid Pōmōna amāvit?
A. deōs B. fēminās C. montēs D. arborēs
24. quis Pōmōnam amāvit plus quam aliī?
A. pater B. Vertumnus C. agricola D. filius
25. amāvitne quoque eum Pōmōna?
A. minimē B. paulum C. maximē D. valdē
26. quid erat prīmum cōnsilium Vertumnī?
A. flōrēs et uvās Pōmōnae dare B. ad cēnam Pōmōnam invītāre
C. ad flūmen Pōmōnam vocāre D. Pōmōnam interficere
27. ēvēnit bene prīmum cōnsilium?
A. ita B. vix C. minimē D. certē
28. quid deinde Vertumnus fēcit?
A. ad vīllam revēnit B. ad Pōmōnam, ut anus, vēnit
C. anum cōspexit D. anum ad Pōmōnam mīsīt

29. quid dē Vertumnō anus dīxit?
A. multa et mala B. multa et falsa C. multa et bona D. multa et horribilia
30. quid anus Pōmōnam facere iussit?
A. Vertumnum amāre B. Vertumnum interficere C. in silvās fugere D. discēdere
31. secundum anum (according to the old woman), quid Vertumnus faciet sī Pōmōna eum nōn amābit?
A. sē interficiet B. ad vīllam iter faciet C. fugiet D. lacrimābit
32. quid respondit Pōmōna?
A. Vertumnus est sapiēns
B. multae sunt fēminae quae Vertumnum amant
C. Vertumnus est fōrmōsus
D. sunt aliae fēminae quās Vertumnus amāre potest
33. secundum fābulam anūs, cūr dī mulierem pūnīvērunt?
A. quod mulier virum nōn dēligit
B. quod mulier erat pulchra
C. quod mulier virum spectāvit
D. quod mulier virum amāvit
34. Quid fēcit Pōmōna postquam Vertumnum spectāvit?
A. in silvam fūgit B. Vertumnum amāvit C. sē interfēcit D. deōs vocāvit
35. quid tandem Vertumnus fēcit?
A. Pōmōnam in mātirimōniam dūxit
B. ad montēs fūgit
C. Pōmōnam interfēcit
D. sē interfēcit

Don't stop here;
there are 15 more
questions on the
next page.

Passage 3—imperātor prōbus

ōlim erat rēx Graecus, nōmine Pyrrhus, quī in terrā Italiā iter faciēbat et prosperē bellum gerēbat. Rōmānī valdē perturbābantur et multī Italī erant perterritī et sēsē imperātōrī iunxērunt. tum contrā illum dux Fabricius missus est quod sōlus inter lēgātōs nōn sollicitus erat. tandem vicīna castra ipse et imperātor habēbant. deinde medicus Pyrrhī ad eum nocte vēnit, prōmittēns sē venēnō Pyrrhum necātūrum, sī Rōmānus magnum praemium dabit. Fabricius autem medicum vinculis vinctum redūcī ad dominum iussit et eī dīcī ea quae medicus contrā vītā eius coniūrāvisset. rēx ipsum admirātus est et dīxit, "ille est Fabricius quī difficilius ab honestāte quam sol ā cursū āvertī potest.

36. quis erat Pyrrhus?
A. imperātor Italus B. imperātor Graecus C. imperātor Rōmānus D. imperātor Poenus
37. quōmodo Pyrrhus bellum in Italiā gerēbat?
A. bene B. miserē C. frustrā D. lentē
38. erantne Romānī sollicitī?
A. vērō B. haudquaquam C. vix D. paulum
39. quid fēcērunt multī Italī?
A. ad Pyrrhum fūgērunt B. Rōmam petivērunt C. ex Italiā nāvigāvērunt D. Pyrrhō restitērunt
40. quem Rōmānī contrā Pyrrhum mīsērunt?
A. imperātōrem Graecum B. legātum Fabricī C. virum sollicitum D. Fabricium
41. cūr Rōmānī hunc mīsērunt?
A. quod erat senex B. quod erat invictus C. quod erat fortis D. quod sē obtulit
42. ubi erant castra dūcis?
A. in Graeciā B. prope castra Pyrrhī C. Rōmae D. in montēs
43. ad quem medicus vēnit?
A. ad virum Graecum B. ad legātōs C. ad Pyrrhum D. ad Fabricium
44. quandō medicus hūc vēnit?
A. māne B. mediō diē C. nocte D. nōnā horā
45. quid prōmīsīt medicus?
A. Pyrrhum salutāre B. Pyrrhum capere C. Pyrrhum iuvāre D. Pyrrhum interficere
46. cūr medicus hoc prōmīsīt?
A. praemium cupiēbat B. erat Rōmānus C. erat moritūrus D. praemium accēperat
47. quid deinde Fabricius fēcīt?
A. medicum necāvit C. medicō praemium dedit
B. medicum ad Pyrrhum mīsīt D. medicum laudāvit
48. quōmodo respondit Pyrrhus?
A. Fabricium laudāvit B. medicum timuit C. sē admirātus est D. Fabricium necāvit
49. secundum Pyrrhum, quālis vir est Fabricius?
A. honestissimus B. difficillimus C. avāriissimus D. candidissimus
50. quōcum Pyrrhus Fabricium comparat?
A. sēcum B. cum sole C. cum deō D. cum cursū